

mundum, societatem hominum inaequalium ubi sunt qui regunt et reguntur, leges, magistratus, collegiales in conciliis, iudices in episcopis; et monarchicum quidem est hoc regnum, nam D. Petro a Domino Iesu Christo datum fuit in universam Ecclesiam et super omnes fideles et Pastores principatum dignitatis et honoris; Apostolis administratio data fuit sub reservatione confirmationis Petri. « *Confirma fratres tuos* ».

Ecclesia catholica est societas perfecta.

Ecclesia catholica est societas visibilis divino-humana.

Ecclesia catholica est schola.

Doctrinae magistrum Ecclesia exerceat per episcopos.

Episcopi singillatim sumpti

Episcopi simul uniti in concilio generali cum eorum capite Romano Pontifice Supremum doctrinae magisterium soli Petro eiusque successoribus competit.

Praerogativa infallibilitatis est D. Petri eiusque successorum.

In ecclesia sunt qui iure divino imperant, et qui obedire tenentur.

Quia Christus ecclesiam instituit, divinis et sensibilibus signis, et sacramentis munivit. Petrum suum Vicarium, et Apostolos deputavit divina virtute roboratos, ut homines fidei praeceptis imbutos, legibus, praeceptis et poenis in officio continerent. Ecclesia, in Scripturis Sacris dicitur mons, civitas et lumen, quae omnia signa visibilem Ecclesiam demonstrant.

In Ecclesia adest cathedra infallibilis veritatis: Ecclesiae divinitus commissum fuit officium docendi: *docete omnes gentes; ut non deficiat fides tua; firmamentum veritatis* et ex conciliis patet.

Episcopis tamquam Apostolorum successoribus dictum est « *Euntes docete* ».

Ea tantum docere et praedicare possunt, quae ex Verbo Divino tradito vel scripto indubia acceperunt, et definita ab Ecclesia.

Ecclesiam docentem efformant, et definiendo dogmate moribusque componendis infallibilitate gaudent.

Ex primatu, quem summi Pontifices ex iure divino supra omnes tenent in universa Ecclesia, infertur.

Concilium Vaticanum: « Ipsi in B. Petro. . . infallibilitate pollere qua Redemptor Ecclesiam suam in definienda doctrina de fide vel moribus instructam esse voluit, ideoque eiusmodi Romani Pontificis definitiones ex se irreformabiles esse ». Ex praxi Ecclesiae

quae semper obtemperavit summo Pontifici. Ratione, quia Pontifici ad recte regendam Ecclesiam infallibilitas est necessaria et Deus necessariis non deficit.

In quo vivit et viget Sacerdotium a Christo D. institutum, sanctum et regale, sempiternum, secundum virtutem insolubile.

Forma cultus externi a Deo data, vel ab Ecclesia approbata. Liturgia publicum ministerium sonat.

Quia Papa et S. Congregatio in hac re in toto orbe habet ordinariam et Apostolicam potestatem.

In Concilio Tridentino definitum reperimus: « Sed cum hoc oporteat ex delegatione, et non iure sibi proprio, nihil ex eo colligi potest contra supremam Summorum Pontificum auctoritatem ».

Missale, Breviarium, Martyrologium, Pontificale, Caeremoniale Episcoporum et Rituale.

### De Legibus Ecclesiasticis.

A ligando vel legendo dicta quod subditos ligat, vel a subditis scripta legitur.

Est recta agendorum ratio a Superiore Christi fidelibus sibi subditis denuntiata cum voluntate eos perpetuo obligandi ad aliquod agendum vel omittendum.

A qua lege legum informatio petitur ut agnoscat quid recte, aut inique in singulis legibus statuatur.

Quia iuxta Augustinum, nostrum est, non de legibus, sed secundum leges iudicare.

S. Isidorus Hispalensis: Lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum patriae consuetudinem, loco temporisque conveniens.

Ecclesia est templum

Officium Pontificum et Sacerdotum a Liturgia dirigitur, quae defini potest

Solus Papa in universa Ecclesia Liturgiam moderatur per se vel per S. Congregationem Rituum.

Episcopi independentes a Papa vel a S. Congregatione Liturgiam mutare, aut novam instituire non possunt.

Praecipui libri liturgici sunt

Lex ecclesiastica sive Constitutio

Lex ecclesiastica

Lex debet esse legi naturali conformis.

Legitime lata lex praesumitur legi naturali conformis.

Lex debet esse iusta.

- Lex ecclesiastica universalis est lata ab universali superiore.
- Lex particularis pro aliquo loco certisque negotiis lata est a superiore particulari.
- Summus Pontifex Christi Vicarius et Pastor universalis omnium ovium et Pastorum
- Legitimum Concilium latine; Sinodus graece
- Legitimum Concilium est
- Concilia dividuntur
- Ad Generale Concilium pertinet
- Ut Concilium generale sit legitime congregatum quatuor requiruntur.
- Praeter episcopos ad Concilium Generale vocantur
- Concilium Provinciale
- Agitur in particulari Concilio provinciali
- In Concilio particulari nihil potest decerni
- Quo nomine intelligitur Summus Pontifex et concilium generale legitimum.
- Quo nomine intelligitur Legatus Pontificis, Episcopi, Concilia particularia, inferiores Praelati, et Capitula Cathedralium.
- Ex iure divino plenissimam habet leges ferendi et iudicandi pro toto orbe catholico potestatem, quam exercet per Bullas, Brevia et decreta SS. Congregationum.
- Ex iure divino plenissimam potestatem habet, ut S. Pontifex, leges ferendi, et iudicandi pro toto orbe catholico.
- Coetus Praelatorum ad ecclesiastica negotia definienda legitime convocatorum.
- In Concilia generalia seu Oecumenica et particularia.
- Catholicum dogma definire, et morum disciplinaeque regulas statuere.
- Ut a summo Pontifice indicatur, ut ipse eidem per se, vel per suos Legatos praesit, ut omnes convocentur Episcopi et ut ab eodem Pontifice confirmetur.
- S. Rom. Ecclesiae Cardinales, Abbates etiam benedicti, Ordinum Regularium Superiores Generales, Principes Catholici et Doctores.
- Ab eo cogitur, qui toti Provinciae praest, et ex Provinciae Episcopis et Praelatis iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus componitur, qui omnes habent ius decisivi suffragii; quo iure etiam Capitulum Ecclesiae Cathedralis tempore sedis vacantis fruitur.
- De omnibus Provinciae negotiis iustitia redditur, non solum per viam appellationis, sed et per modum simplicis querelae, et leges opportunaee conduntur ad mores reformandos et ad disciplinam collapsam restituendam.
- Contra sacros canones ab Ecclesia probatos, aut de fide aut de gravioribus Episcoporum causis.

- Antequam publicetur, per Sacram Congregationem Concilii est revidendum.
- Singulis annis de iure habendum, indicitur ab Episcopo qui solus, cum in eo sedeat tamquam iudex, ius habet pleni suffragii.
- De rebus ad mores et ad disciplinam pertinentibus agitur.
- Omnes Archipresbyteri, Parochi et Beneficiati; omnes dignitatem, vel personatum, vel officium habentes et quotquot de iure vel consuetudine interesse possunt.
- Nulla indiget S. Congregationis revisione aut approbatione.
- Proinde omnes per orbem universum Christi fideles pariter ut Apostolicae constitutiones constringunt.
- Quia Pontifex Concilium regit atque confirmat ut Supremus Princeps et Caput cum plenissimo honoris et iurisdictionis primatu universalis Ecclesiae, tam distributive quam collective sumptae.
- Sicut quatuor Evangeliorum libros se tota devotione suscipere et amplecti, et integerrima approbatione se custodire et venerari fatetur.
- Subditos tantum obligant intra limites provinciae existentes.
- Leges concilii provincialis non a Concilio, sed a Pontifice vim consequuntur, qui omnia sua facit, quibus suam impertitur auctoritatem.
- Solos dioecesanos obligant, pro quibus sunt latae.
- Schismaticos, haereticos, non vero Iudeos, Sarcenos, Mahumetanos aliosque paganos, quia hi per ianuam Baptismi in Ecclesiam nunquam ingressi sunt. Quid mihi de iis qui foris sunt iudicare?
- Concilium particulare provinciale
- Concilium Dioecesanum
- In Concilio Dioecetano
- Ad Concilium Dioecesanum vocantur
- Concilium Dioecesanum
- Concilia Generalis canones Sancti Spiritus instinctu dictati sunt.
- Canones in Concilio generali conditi a Pontifice procedunt.
- S. Gregorius Papa quatuor prima Concilia nempe Nicaenum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum et Calcedonense
- Leges et Decreta in Concilio Provinciali sancita
- Si loca quaedam conciliorum provincialium in codicibus Decretalium ut leges generales recensita reperiantur,
- Leges in Concilio Dioecetano editae
- Lex ecclesiae Christi fideles et subditos afficit

Lex debet esse subditis promulgata.	Nam vere lex intimatur cum promulgatur, et culpari non possunt qui ignorantes eam violant.
In lege ecclesiastica generali	Promulgatio in unaquaque provincia et Dioecesi fit.
Ex stylo Curiae Romae lex ecclesiastica promulgatur	Per affixionem ad valvas Basilicae SS. Apostolorum et in acie campi Florae.
Lex ecclesiastica promulgata ex se vim habet obligandi.	Nullaque est opus populi, aut fidelium, aut potestatis civilis, aut Episcoporum acceptatione aut licentia, sive recognitione; siquidem Superiores legitimam auctoritatem a Christo leges imponendi habent.
Perpetuitas legis pluribus modis cessat.	Dispensatione, Abrogatione, Derogatione, Irritatione, Consuetudine, Interpretatione.
Dispensatio est	Legis relaxatio in casu particulari a legislatore vel eius successore aut superiore ex iusta causa facta.
Inferiores dispensandi facultatem habent	Ex delegatione, privilegio vel consuetudine.
Abrogatio legis	Fit cum lex totaliter aufertur.
Derogatio legis	Quae contingit, cum pars legis veluti unus, vel alter articulus mutatur.
Facultas abrogandi vel derogandi	Ipsi tantum legislatori, vel eius successori, aut superiori competit.
Irritatio legis	Quae habet locum, cum Superior, ut Summus Pontifex, legem inferioris, ut Episcopi nullius effectus declarat.
Interpretatio legis	Est explicatio legis.
Interpretatio dividitur	In authenticam et usuaem et doctrinalem.
Interpretatio authentica	A legislatore fit cum legem obscuram, vel minus aequam explicat.
Interpretatio usualis	Fit a iudice, vel sua speciali sententia quae instar legis est inter partes.
Interpretatio Doctrinalis	Fit a Doctoribus: ipsi in declaratoriam, extensivam et restrictivam dispertiunt, ita ut etiam Epikeiae quandoque fiat locus.
Plures leges quae sibi rite non consonent	Ad unitatem praecepti per rectam interpretationem reducendae sunt.
Pugna in legibus hanc habeat regulam	Per posteriorem derogari priori, etiamsi in poste-

riori nulla prioris fiat mentio; nam lex a legislatoris voluntate vim consequitur.

Ad habendam praecepti unitatem iura iuribus sunt concordanda.

Per posteriores explicandae sunt et posteriores per priores quae mutuo adiuvantur.

Iuxta locutionis naturam et finem. Ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.

Quia ubi eadem est ratio, ibi eadem esse debet iuris dispositio.

Quo vinculo iudices et subditi ad obtemperandum obstringuntur; hoc non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; non solum metu poenarum, sed etiam ne in conscientia peccent.

### De Rescriptis.

Ex invicto more in favorem dumtaxat privatorum Rescripta. feruntur.

Quo actu iudici praesentatur ut executioni demandetur. Rescripta denunciantur et instar promulgationis est actus.

Responsum Pontificis scriptum ad alterius petitionem vel consultationem datum, quo vel ius novum introducitur, vel vetus abrogatur, aut explicatur. Rescriptum est

In rescriptum praeter legem, contra legem, et secundum legem. Dividitur rescriptum.

Privata lex, qua Pontifex extra iuris ordinem, vel ob meritum gratiam indulget, vel ob delictum poenam irrogat. Privilegium est

Potius iura singularia quam privilegia nuncupanda sunt, ut sunt privilegia viduis, minoribus, clericis, regularibus in corpore iuris comprehensa. Privilegia alieni generi personarum concessa

In favore, odiosum, personale et reale. Privilegium dividitur.

Quod gratiam vel favorem continet, ut liberatio a solvendis decimis. Privilegium favore dicitur.

- Privilegium odiosum Quod poenam ea graviorem continet, quae generaliter a lege est constituta.
- Privilegium personale Quod personae datur.
- Privilegium appellatur reale Quod rei vel causae datur.
- Magnum est discrimen inter privilegia personalia et realia. Privilegia personalia ad haeredes non transeunt, nec cessione in aliam personam possunt transferri, quia personam non egrediuntur, cuius morte expirant; privilegia realia e converso ad haeredes transeunt et aliis possunt cedi.
- Quod si dignosci nequeat an privilegium sit personale vel reale Iudicandum est personale privilegium si ex causa gratuita, et reale si ex causa onerosa oriatur.
- Haec regula in privilegii interpretatione est consideranda. Privilegium odiosum et in praeiudicium reipublicae aut iuris tertii quaesiti datum iudicandum personale, quia odia sunt restringenda; et privilegium favorabile publicamque utilitatem absque praeiudicio adiuvens, iudicandum reale; quia favores sunt ampliandi.
- Rescriptum tribus partibus constat. Nempe narratione, supplicatione et conclusione, quorum prima et secunda per impetrantem et ultima per rescribentem ponitur.
- Rescriptum vim legis tantum obtinet Inter partes pro quibus fuit concessum; inter alios, si comprehensum est in corpore iuris, aut datum est ut authentica legis interpretatio.
- Rescriptum dividitur. In rescriptum gratiae et iustitiae.
- Rescripta gratiae. Respiciunt favores a Pontifice concessos ad beneficium honores et exemptiones.
- Rescripta iustitiae. Respiciunt lites inter subditos dirimendas et iudicis constitutionem, et restitutionem in integrum comprehendunt.
- Rescripta ecclesiastica A solo Pontifice, qui in terris superiorem non habet, possunt concedi.
- Rescripta possunt obtineri a quocumque cui non sit in iure expresse prohibitum. Quia in hac re illud observatur Doctorum effatum: Concessum intelligitur quod non reperitur prohibitum.

- Quia haeretici indigni sunt Ecclesiae auxilio et defensione, cum in ipsam arma vertant. Rescripta haeretici obtinere non possunt.
- Quia excommunicati de facto iam sunt ab Ecclesiae corpore avulsi. Excommunicati executione maiore tam publica quam occulta, rescripta obtinere non possunt.
- Potest quis obtinere pro se, aut pro alio, tam nomine proprio, quam procuratoris etiamsi mandatum non sit. Rescriptum gratiae.
- Quod sancitum fuit, ne iniqui mercenarii lites suscitent sopitas, aut quaestiones novas excitent, obtinendo a S. Sede iustitiae rescripta, quae deinde aut auctori, aut reo exponant venalia. Rescriptum iustitiae stricto iure pro alio sine mandato obtineri non potest.
- Hoc ex iure attenditur quod delegatus sit in dignitate, vel in personatu ecclesiastico constitutus; aliter Pontificis rescriptum vitatur. In rescriptis quae causae cognitionem, aut in foro externo iurisdictionem tribuunt.
- Juxta Doctorum adagium, a forma verborum sine certa scientia non esse recedendum. Rescripta interpretantur.
- Quia gravamen parti colliganti afferunt, et idcirco sunt odiosa. Rescripta iustitiae stricte sunt interpretanda.
- Distinguuntur inter gratiam in genere, et gratiam in specie ad aliquod beneficium obtinendum. Rescripta gratiae.
- Si est praeter ius, non contra, plenissime est interpretanda, quia nihil excipiendo, omne concessisse praesumitur. In rescriptis gratiae in genere.
- Stricta est interpretanda, eo quod rescriptum ad beneficium consequendum, ambitionis ad minimum speciem videtur continere. Gratia in specie in rescriptis.
- Modo prae se ferunt gratiam ab ipso Pontifice factam, modo per exequutorem cui diriguntur faciendam. Rescripta gratiae.
- In hoc casu procedit de plano absque ulla formalitate, et absque causae cognitione. Exequutor rescripti est merus exequutor.
- Aliqualis causae cognitio est praemittenda, ut rite procedat, ut si habeatur in rescripto aliqua clausula: *Veris existentibus narratis, aut auditis interesse habentibus.* Exequutor rescripti mixtus.
- In forma authentica est exhibendum integrum, non Rescriptum exequutori.

mutilatum non abrasum, perfectum; erroribus careat, error in nomine dioecesis reddit rescriptum nullum, et error manifestus latinitatis reddit rescriptum de falsitate suspectum.

Præsentatio in rescriptis iustitiæ

Fieri debet intra annum, si hoc tempore copia iudicis habeatur; aliter post annum regulariter valet secundum rescriptum ab alia parte obtentum, de primo nullam faciens mentionem.

Præsentatio in rescriptis gratiæ.

Quoniam rescripta gratiæ sunt perpetua, in quocumque tempore possunt præsentari.

Regula communis qua statuitur, secundum rescriptum in eadem causa, et inter easdem personas non derogare primo.

Ratio huius regulæ est, quia secundum rescriptum censetur subreptitium ob præsumptam in obtinendo concedentis circumventionem: Qui prior est tempore potior est iure.

Rescripti executio iuxta eiusdem formam substantialem est perficienda.

Alias ob defectum iurisdictionis acta forent attentata nullamque obtinerent firmitatem.

Clausulæ appositæ in rescriptis, et quæ licet appositæ non sint necessario subintelliguntur voluntati.

Sunt nempe duæ sequentes: *Salvo iure alterius, et si ita est*; ex prima declarat Pontifex, de non tollendo ius quaesitum; ex secunda declarat, si vera sunt exposita, si preces veritate nitantur.

Antiquam quaestionem an obreptio, vel subreptio vitiet rescriptum.

Innocentius III diremit quaestionem instituendo distinctionem, an narrata falsitas, vel occultata veritas per malitiam et dolum; in hoc casu rescriptum vitiat in toto, quia iure Romanorum mendax preceptor carere debet impetratis et iure canonico fraus et dolus alicui patrocinari non debet; casu, vero quo falsitas narrata vel veritas occultata est talis, ut Pontifex ea cognita, rescriptum non dedisset, rescriptum vitiat, quia est contra concedentis voluntatem; si vero rescriptum dedisset, incolome manet, quia voluntati congruit concedentis, a quo vim rescriptum sortitur.

Rescripta obreptitia et subreptitia gratiosa et beneficalia

Ipo iure nulla habentur; quia in rescriptis gratiæ negotium statum terminatur, et ius acquiritur impetranti.

Rescripta iudicialia

Non sunt ipso iure nulla, quia in rescriptis iusti-

tiae negotium per iudicem est terminandum, post causæ cognitionem.

Totum rescriptum corrumpit, quia accessorium sequitur suum principale, si adsit vitium in capite principali. Si vero cadit in capite secundo rescriptum pro parte non vitiat sustinetur. Utile per inutile non vitiat, si hoc minus principale caput possit a principali separari et hoc per se subsistere.

Mors concedentis aut impetrantis, renuntiatio et revocatio.

Si res est adhuc integra, quia iurisdictione in concedente manet, donec rescriptum ab exequutori acceptetur et executioni mandetur; si priusquam hæc fiat, concedens moriatur, moritur cum ipso iurisdictione et rescriptum: ante mortem concedentis si acceptetur rescriptum, et citatio fiat, rescriptum fit perpetuum, et iurisdictione non revocatur; idem de rescriptis gratiæ quæ gratiam faciendam continent.

Hæc rescripta, etiam re integra, per mortem concedentis non expirant, sed sunt perpetua; quia in hac specie habetur ius iam parti quaesitum.

Expirant rescripta ad beneficia et privilegia personalia; verum rescripta iustitiæ, privilegia realia ad hæredes transeunt.

Quia in legibus unicuique permissum est beneficio in sui tantum favorem introducto renunciare.

Quia quod prius expedire visum fuit, postea detectum est bono publico, vel privato obviare.

### De Traditione.

Ius non scriptum, quod ab Apostolis, eorumque successoribus viva voce traditum, et Ecclesiæ observatum consensu, quasi de manu ad manum transmissum, usque ad nos pervenit.

lia, obreptitia et subreptitia

Rescriptum habens plura capita, et obreptio vel subreptio ex ignorantia et simplicitate tantum in unum cadat.

Rescriptum destituitur robore tribus modis qui a Doctoribus numerantur.

In morte concedentis expirant rescripta iustitiæ

Rescripta quæ gratiam factam involvunt.

In morte impetrantis

Rescripta expirant renunciatione illius cuius favori concessa fuerunt.

Rescripta expirant a revocatione a concedente vel eius successore facta.

Traditio definitur